

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1886

1281 - 1282

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

vobis fidelissime commendantes, maxime cum beati Augustini regulam profiteamini et instituta sororum sancti Sixti servetis, que sub predictorum fratrum presidio gubernantur, unde ne vos aliis religiosis feminis nostram civitatem sacro claustrorum septenario cingentibus inferiores videamini, que cum ipsis in dei puro ministerio actus et habitus curritis passu pari idem bravium apprehendere cupientes, omnia privilegia, que sorores claustrorum predictorum, videlicet sanctorum Marci Elizabeth Agnetis Katerine Nicholai Margarete Johannis extra muros Argentinenses habent vel habebunt in posterum per se vel unionis causa seu speciali gratia per ordinem fratrum eorundem, sive illa concessa sint a sede apostolica seu per ejusdem sedis legatos vel per locorum ordinarios, sive etiam ab eisdem ipsis in posterum concedantur, vobis concedimus et conferimus presentium per tenorem volentes, quod eisdem privilegiis indulgentiis et graciis utamini intra fines nostre civitatis et diocesis sive ad agendum sive ad excipiendum vel aliter, sub quocumque tenore edita sint, contradictione qualibet non obstante. datum Argentine anno domini 1281.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 or. mb. c. sig. pend. Dorsualvermerk VIII.

89. Frater Albertus ordinis fratrum minorum dei gracia episcopus insule sancte Marie omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam sanctimonialium ordinis fratrum predicatorum Argentine apud sanctam Katherinam in dedicatione et in anniversario dedicationis ipsius sive altarium et patronorum et in quatuor festis precipuis beate Marie virginis et beati Augustini et beati Dominici et beati Petri martyris causa devotionis accesserint, quadraginta dies criminalium de injuncta eis penitentia, accedente consensu Cûnradi Argentinensis episcopi, misericorditer relaxat prohibens, ut presentes littere extra per questionarios non ferantur. «loca sanctorum omnium.» datum Argentine anno domini 1282 in sabbato ante festum trinitatis in generali capitulo nostri ordinis Argentine tunc temporis celebrato.¹ 1282 Mai 23 Straßburg.

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 125 fasc. 15 or. mb. c. sig. pend.

90. Cûnradus episcopus Argentinensis archipresbytero vel ejus vices gerenti in Slezstat mandat, ut quosdam clericos et laicos diocesis, qui priorem et fratres ordinis predicatorum conventus Argentinensis verbis et factis offendere non vereantur, ad presentiam suam evocet, fratribus per censuram ecclesiasticam justicie complementum exhibiturus. «ex conquestione dilectorum.» datum in Tabechesteine anno domini 1282 in vigilia Jacobi apostoli. 1282 Juli 24 Dächstein.

T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 3 or. mb. c. sig. pend.

91. Cûnradus episcopus Argentinensis omnibus vere penitentibus, qui ad ecclesiam sancti Stephani in Argentina in dedicatione et in anniversario dedicationis altaris super letenario ecclesie predictae et per octo dies subsequentes, item in festis patro-

¹ Vergl. *Annal. Colmar. maj. (Mon. Germ. SS. XVII, 209).*